



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Index Librorvm Prohibitorvm Et Expvrgandorvm Novissimus**

**Sotomayor, Antonio**

**Madriti, 1667**

Secvnda Classis. In Qva Libri certorum Avctorvm expurgati, aut prohibiti,  
&c. P

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81432)



# SECUNDA CLASSIS.

IN QVA

*Libri certorum AVCTORVM expurgati, aut prohibiti, &c.*

P

## PAPYRIVS Mafonius.

Eivs libri sex, *De vitis Episcoporum urbis Romae*, nisi fuerint ex iam correctis, ab Auctore, cum approbatione Magistri Sacri Palatii, prohib.

EIVSDEM in *Agobardi Episcopi opera*, Praefatio, & synopsis. Ex Agobardi Episcopi Ecclesiae Lugdunensis Operibus, quae octingentos annos in tenebris delituerunt. Nunc è Papyrij Mafsonij Iuriconsulti Bibliotheca proferuntur, &c. Parisijs excudebat Dionysius Du-Vallius, &c. anno 1605.

Ex Praefatione Papyrij Mafsonij, quae incipit, *Sub Antonio vero Caesare*, pag. 7. in medio, post illud, *Easdem synodos iactabant*, dele usque ad, *Divisionem quoque Imperij*, exclus. — Ad Agobardi, *De picturis, & Imaginibus*, librum unum, pagin. 213. ante medium, ad verba illa *Textus, In quibus verbis summo opere notandum est*, adscribe in margine, *Cautè lege*. — Ad eiusdem Agobardi, *De veteri ritu canendi Psalmos in Ecclesia*, pag. 387. post medium, ad verba illa *textus, Divinorum tantummodo eloquiorum melodia*, scribe in margine, *Cautè lege*. — In *Synopsi de vita Agobardi*, eiusque doctrina, pag. 2. à medio, post illud, *Acclamante feliciter expiatur*, dele usque ad §. *Turba eiusmodi*, exclus. — Pag. 16. titulo *De Imaginibus*, fol. 212. expungantur omnia, quae sub hoc titulo continentur, usque ad titulum, *De Dispensatione totius rei Ecclesiasticae*, exclus. — Pag. ultim. §. ad 4. *Scripturam adeo perfectam*, dele totum §. usque ad §. *Ceteraque eiusmodi*, exclus.

PASCHALIS Gallus, Picto-Villofanensis.

Eivs *Bibliotheca Medica*, sive, Catalogus illorum, qui ex professo Artem medicam scriptis illustrarunt, &c. Collegit in usum Medicorum, & auxit Paschalis Gallus Picto-Villofanensis. Basileae, per Conradum Waldkirch, 1590.

Expungatur tota Praefatio Auctoris, cuius initium est, *Memorie prodiderunt, Veteres Philosophi*. — *Adamus à Bodenstein*, p. 4. in medio, post vocem, *à Bodenstein*, dele usque ad, *Medicus Basiliensis*, exclusivè. — *Conradus Gesnerus*, pagina 72. prope medium, post illud, *Gesnerus Tigurinus*, dele usque ad, *Medica scripsit*, exclusivè. — Et pag. 78. à medio post illud, *Reliqua verò quae*, dele usque ad, *Conscripsit quotidie*, exclus. — *Desiderius Erasmus*, pag. 84. ante finem, post vocem, *Roterodamus*, dele usque ad, *Habuit declamationem*, exclus. — *Friedericus Sylburgius*, pag. 100. ad finem, post illud, *Veteranus Hassus*, dele usque ad, *Multorum Medicorum*, exclus. — *Gaspar Pence-rus*, pag. 105. in medio post vocem, *Budisinen-sis*, dele usque ad, *Edidit Wirtember-gae*, exclus. — *Gaspar Schwenfeld Gryphimontanus*, dele totum §. — *Iacobus Milichius*, pag. 147. sub initium post illud, *Friburgensis Brisgoviae*, dele usque ad, *In Schola Wirtembergensi*, excl. — *Ioachimus Camera-rius*, pag. 155. initio, post illud, *Natione Germanus*, dele usque ad, *Prater alia Epi-grammata*, exclus. — *Ioachimus Camera-rius F.* eadem pag. à medio, post illud, *Ca-merarius F.* dele usque ad, *Medicus excellen-tissimus*, exclus. — Et paulò inferius, post illud, *Icones non paucae*, dele usque ad, *Indi-cationes locorum*, exclus. — Et pag. 156. sub initium, post illud, *Norimberga*, 1583. dele usque

ES  
m  
ORU



usque ad finem §. — *Ioachim Vadianus*, pag. 157. initio, post illud, *Medicus, & Philosophus*, dele usque ad, *In medicina autem*, exclus. — *Philippus Melancthon*, pag. 261. ad finem, dele totum §. — *Theodorus Zuingerus*, pag. 286. sub initio, post illud, *Zuingerus Basiliensis*, dele usque ad, *Præter miranda monumenta*, exclus. — Et post illud, *Definitivi dialysin*, dele usque ad, *Facile haurire*, excl. — Et versus finem eiusdem pag. post illud, *Tabulis & Commentariis*, dele usque ad, *Laboriosè illustravit*, exclus. — Et pag. 287. ad medium, post illud, *Et impensa anno 1579.* dele usque ad, *Obijt enim ex morbo*, exclus. — Et pag. 290. à medio, post illud, *Et Medicos declaratur*, dele usque ad, *Basilea 4. ex officina*. — Et in fine eiusdem p. post illud, *Tractatus in quo*, dele usque ad, *Dilucida huius questionis*, excl. — Et à medio eiusdem p. post illud, *Obijt* dele usque ad, *Basilea ultim.* exclus.

IN ALTERA PARTE BIBLIOTHECÆ  
Medicæ, in Appendice Germanica.

Ex Indice Scriptorum in Cl. Galenum, pag. 360. col. 2. dele, *Philippus Melancthon*. *Andrea Carolostadij*, pag. 411. à medio, dele totum §. — *Gaspar Schdenckfeld*, pag. 416. prope medium, dele totum §. — Pag. 430. in fine §. *Hactenus recentiores*, post illud, *Ioannes Ruellius*, dele usque ad, *Tanquā Soles quidam*, exclus. — Pag. 431. sub initium, post illud, *Eternitatem merentur*, dele omnia usque ad §. *de Trago dicam*, excl. qui est pag. 432. ad finem.

PAULI Chimarei.

*Catechismus*, prohib.

PATRITIJ Fricasij Mantuani.

Libri Chyromancia, & expositio super  
Coclitem. Prohib.

EX PAVLI DIACONI.

Historia impressa Basileæ, 1569. deleatur  
in principio Epistola nō probati Auctoris.

PAVLVS Iovius.

EIVS liber, *De Legatione Moscovitica*, prohibetur, nisi ex eodem fol. 175. p. 2. (iuxta editionem, quæ circūfertur cum Commentarijs rerū Moscovitarum Sigismundi Liberij) post illa verba, *Ceterum non in templis*, deleatur usque ad illa, *Sed in septis*, exclusivè.

EIVSDEM *Illustrium Virorum vite*, to-

mi duo Basil. 1559. & apud Henricum 1567. & 1570. & apud Petrum Perum 1578. Venetijs 1561. tom. 1. in *Vita Iovis Galeaci*, paulò ante Poëma ultimum post illa verba, *Qua Viri insignes parentur*, dele tres lin. usque ad, *Nullum autem*, exclus. — In *Vita Magni Sfortie*, cap. 90. paulò post initium, dele, *Fatali consensu ab Astrologis*. — Et post alias quatuor lin. dele, *Mathematicorum disceptationum vatum*.

Tom. 2. in *Vita*, Leonis X. lib. 4. ante medium, p. 139. post illa verba, *Fama preceps est visus*, dele 18. lin. usque ad, *Sed iudicium eius*, exclus. — In pag. 194. & 195. in medio, post illa verba, *Nullum in venalem proposuit*, dele septem lin. usque ad, *Præsertim Laurentio Pucio*, exclus.

EIVSDEM descriptiones quorundam tant Regionum, atq; locorum Basil. 1571.

In Epistola Dedicatoria ad Sebastianum, quæ est Basilij Ioannis Herold, Auctoris damnati, quæ incipit, *Vt de hoc nupti*, fol. 2. sub initium, post illa verba, *Quid Clemens Octavus Pontifex Maximus*, dele, *Fatali aliquin avaritia parvus*. — Post epistolam sequitur, *Antonij Palearii Verulanus Paulo Iovio Elogium*. — Appone Palearii notam damnati Auctoris.

In Elogijs quorundam Anglorum, p. Georgium Liliū Britannum, quæ incipit pag. 83. in eodē volumine sub titulo *Ioannis Colet*, pag. 86. scribe in margine, *Ioannilius est Ioannem Coletum* (clerici) *Iniurium in Scotis*, & in *Thomæ*, contemptorem Monachorum, Episcoporum concum, imaginum irrisorem. Paulus igitur Iovius in ea re deceptus est, cum scribit fuisse Carthusianum.

Eodem volumine in *Moschorum ultra* medium cap. 269. dele, *Sicut quidam Divorum Francisci, & Dominici solum profiteres*. — Et post fol. dele, *Impia prope & divinabili certe corruptela usurpatum est*.

Eodem volumine in libello de *Epistola Romanis*, qui etiam extat excusus Basil. 1531. & alibi etiam cum Opiano Argemontæ 1534. cap. 1. pagin. 421. ante medium post illa verba, *Vilissimo demum pretio, de*, 5. lin. usque ad, *Nec mirum esse debet*. — Et cap. 34. pag. 497. ante medium, dele, *In Alberto Magno, qui quamquam sit iniquus, Barbarus*.

Item eiusdem Pauli Iovij Elogia Basilæ anno 1577. castiganda.

INDIC  
Librorum  
PROHIBIT  
E. V.  
= 4.



In *Philippo Beroaldo*, pag. 102. dele totum Elogium cum subiectis versibus. — In *Nicolaso Machiavello*, pag. 162. dele totum Elogium, cum subiectis versibus, & typum simul. — In *Erasmo Roterodamo*, pag. 175. dele totum Elogium, cum subiectis versibus. — In *Enrico Cornelio Agrippa*, pagina 186. dele typum, & totum Elogium, subiecta vero carmina permitti possunt, quia in probum damnati hominis cedunt. — In *Petro Paulo Vergerio*, pag. 198. dele totum Elogium, & subiecta carmina. — In *Cosmo Pachtio*, pag. 221. initio, dele, *Emicuit dudum per illustris eruditio in Ioannem Oecolampadum*. Et paulo post, dele, *In Sacris Litteris apud Helvetios clarum*.

In Elogijs virorum bellica virtute illustrium, Basilicæ anno 1575. in Romulo libro 1. pag. 1. apponatur hæc nota. *Ex sensu veterum Ethnicorum Romulum laudat*. — Libro 3. pag. 151. In *Galeaceo Sfortia*, dele, *Non absurde, usque ad, Nulla impotentis, exclus.* — Lib. 6. In *Christerno Rege Daciae*, pag. 371. sub initium, dele, *Quod fortasse ferri posset*.

PAVLVS Matthias Wehnerus.

Eius *Præcticarum iuris observationum Augustissima Camera Imperialis*, liber singularis, prohib.

PAULI Melissi.

*Schediasmata Poetica*, prohib.

PETRVS Abailardus.

Quem alij Abælardum, Abelardum, Bailliardum, Adelhardum nominant, alij Anglum, plures Gallum volunt. Et quidem, sicut olim meruit hic Petrus inter primæ Classis Auctores adnumerari, ut quoniam solum hæreticus fuerit, sed, & Hæresiarchæ speciem prætulit, utpote aliquot hæresiū primus inventor, & hoc nomine celebris Divi Bernardi sæculo, & Innocentij II. sententia, & damnatione: ita sane non immerito ad hanc secundam Classem, iā referendus quoque videtur propter eius resipiscētiā, & pristini erroris abiurationem, atque adeo propter sanctioris exitum vitæ, testimonio gravissimorum Auctorum, qui omnes historiam pijsimæ mortis, & sanctitatem vitæ extremæ monasticæ confirmat ex Sancti Petri Cellensis, seu Chuniacensis testimonio, qui non dubitavit honorifico Epitaphio hominem, & sepulchrum celebrare, ad cuius exemplū posteriores Abai-

lardum referunt inter illustres sui sæculi Scriptores, virtutis & doctrinæ splendore conspicuos.

Ergo videntur eius opera nunc denuo excusa ex editione Amboesiana, expurgationem pati, & eam, quam Parisienses sapienter elaborarunt, recognitam, & approbatam, atque auctam exhibemus, locis quamque suis inferendam, delendis quidem, quæcumque offendentulo esse possunt, ac non tantum indicandis, & designandis. Ergo sic corrigenda Amboesiana editio.

Ex Præfatione Apologetica Francisci Amboesij, quæ incipit, *Cum studiosi*. Pagina 4. lin. 10. à fine, sub §. *Heloissa vero*, dele, *Et si ille parum candide de Abælardo sentiret*. — Pag. 9. sub §. *Hoc classico*, dele, *Quin potius libet exclamare, tanta ne animis celestibus iræ*: & post alias sex lineas, & illa verba, *Religiosorum, ac Clericorum*, dele septendecim lineas, usque ad. *Quod si ex veris*, in pag. 10. post initium. — Pag. 10. ad medium, §. *Sequitur Epistola*, dele parenthesis (*Nisi quod in accusando, & disputando prolixior est*). — Et post decem lineas, dele ab illis verbis, inclusivè. *Nec contentus fuit egregius Canobiarcha*, usque ad pag. 10. & §. *Interea placet, exclusivè*, per lineas quinquaginta. — Pag. 19. sub §. *Pace igitur Sancti*, linea 4. à principio, post illa verba, *Cognoimento contentus fuit*, dele quinque lineas usque ad §. *Huius ergo magni Patris*, exclus. — Pag. 32. ad finem sub §. *Inter tot, & tantas angustias*, post illa verba, *Per Gallicanam Ecclesiam volarunt*, dele novem lineas, usque ad finem §. & §. *Contemplemur Abailardi fidem*, exclus.

In ipso Abælardi opere, Epistola 1. quæ est Historia calamitatum Abælardi, pag. 31. sub §. *Hoc autem loco*, linea extrema, dele voces, *Me impudenter quantum poterant, corroderes*.

Epist. 2. quæ est Heloissæ, pag. 42. post initium, & post illa verba, *Adum si non prætermisisti*, dele novem lineas, usque ad, *Quæ cum sicis oculis*, exclus. — Epistola 7. pag. 129. è regione illorum verborum, *Qualis quidem illa est B. Ambrosij, &c.* scribe in margine, *Vide censuram Parisiensem hoc loco*. — Epistol. 8. eiusdem Petri ad Heloissam, quæ est Regula sanctorum, p. 159. §. *Ora torij ornamenta necessaria*, è regione illorum verborum, *Nullas vero alias imagines, &c.* scribe in margine, *Non tollit usum aliarum sacrarum imaginum, sed prescribit necessarias, & opportuniore sacris Christi pauperibus*.



*ribus Virginibus.* — Pag. 168. linea 7. ab initio, post illa verba, *Debitum solvant*, dele duas lineas, usque ad, *Quid igitur mirum*, exclus. — Eadem Epistola pag. 169. lin. 8. ab initio, post illa verba, *Indifferentia computantur*, dele lineam usque ad, *Et vinum omnibus alimentis*, exclus.

Postea in Epistolis variorum Epistola 1. quæ est Fulconis ad Abailardum, pag. 222. post illa verba, parum post initium, *in rigore iustitie deviasse*, dele reliquum epistolæ usque ad finem pag. — Epistola 5. quæ est Petri ad Bernardum, in fine pag. 246. post illa verba, *In Ecclesiasticis frequenter officijs*, è regione scribe in margine, *Cautè lege, & ubi videtur recedere ab Ecclesiæ Catholica consuetudine in recitanda oratione Dominica, & usurpanda voce quotidianum, pro supersubstantialem, omnino corrige.* — Epistola 17. quæ est Berengarii Apologeticus contra D. Bernardum pag. 302. tota expungenda per novem folia, sicut & sequentes duæ epistolæ eiusdem Berengarii ad Episcopum Mimatensem, & contra Carthusienses, per alia quinque folia, usque ad pag. 330. exclusivè.

EIVSDEM Abailardi expositio symboli, pag. 372. post medium, & super illa verba, *Patrem Omnipotentem*, scribe in margine, *Nimium angustè loquitur de Divina Omnipotentia, furcè respiciens ad pristinum suum errorem, de quo purgat se in sua Apologia.* — In eadem expositione, super illa verba, *Descendit ad inferos*, pag. 378. parum ab initio, è regione illorum verborum, *Ipsa quoque anima, quæ in carne passa fuerat*, scribe in margine, *Cautè lege, nam ipsa Christi anima secundum substantiam descendit ad inferos, sicut ipse in Apologia affirmat.* — Et super illa verba, *Ascendit ad calos*, pag. 379. post medium, è regione illorum verborum, *Non ut eius beatitudo, vel gloria, &c.* scribe in margine, *Cautè lege, & intellige de beatitudine essentiali anima, non de accidentali corporis.*

In problématis Heloissæ, quæ incipiunt, pag. 384. Problématique 4. in solutione Abailardi, pag. 391. ante medium, ubi legitur, *Discipuli quoque, nec non & Mater ipsius in fide graviter titubaverint*, dele, *Nec non & Mater ipsius*, & statim dele integrum locum Augustini per 5. lineas ab illis verbis, *Vnde Augustinus, &c.* quia ille liber Quaestionum Veteris, & Novi Testamenti non est Augustini, sed suppositus. — Et Problematis 13. in solutione Abailardi, pagin. 406. post

medium, & post illa verba, *Non videtur eo fortitudo Dei*, dele 4. lineas, usque ad, *de & ipsemet Christus*, exclus. — Et pag. 407. post medium, & post illa verba, *Irremissibile permanere*, dele sex lineas, usque ad, *Pietati quippe*, exclus. — Problematis 15. in solutione Abailardi, pag. 417. post illa verba, *Quod legi deest*, dele duas lineas, usque ad finem huius problématis, in solutione. — Problematis 16. in solutione Abailardi, pag. 419. parum ab initio, post illa verba, *Parabolice est expressum*, dele duas lineas, usque ad finem problématis, & solutionis. — Problematis 24. in solutione Abailardi pag. 426. initio, scribe in margine, *dicat de Iudeis, intellige de quibusdam tribus, non de universis.* Et in fine eiusdem problematis, & solutionis, dele duas extremas lineas, post illa verba, *Præcedens capitulum nostra.* — Problematis 25. in fine problematis, pag. 428. post illa verba, *Nihil facit ratio*, dele duas extremas lineas.

Liber qui inscribitur, *Deus in Hæreses*, & incipit pag. 452. Ex Patetium centuræ, non est Abailardi, & cuiusmodi, eundem sit, cautè legendum, quod cap. 12. Item contramodum consolamenti, pag. 453. ait, de impositione manuum Apostolorum supra ordinandos. Nam, & in consecratione Episcoporum, & super omnes in ordos ordinibus sacris, & in Sacramenti confirmationis, fieri consuevisse certum est.

In Commentarijs Epistolæ ad Romanos lib. 1. cap. 1. super illa verba, *Omnis autem homo mendax*, adscribe in margine, *Cautè lege, nam cum dicit hominem in Christo non esse Deo, parum Theologicè loquitur, humanitas enim Deo unita est, non homo. Et quod iungit de merito Christi, & nostro, non moritur per negationem actionum, sed per usum liberum voluntatis.* — Lib. 2. eundem Commentarij, pag. 549. super illa verba, *ostensionem insinua sua, vide centuram Patetensem.* — Pag. 550. post initium, & post illa verba, *Deus hominem assumpserit*, scribe in margine, *Iterum Abailardus loquitur impie, nam non assumpsit Deus hominem, sed humanitatem.* — Et paulò inferius, è regione illorum verborum, *Cum solos electos liberaverit*, scribe in margine, *Intellige quoad sufficientiam.* — Pag. 551. è regione illorum verborum, *Sicut Maria Virgini factum est*, scribe in margine, *Loquitur de preservatione à peccato Adam, non quod aliquando contraxerat.*

INDIC  
Librorum  
PROHIBIT  
E. V.  
= 4.



Pag. 552. initio, lin. 2. è regione illorum verborum, *Hominem ab omni peccato immunem susceperit*, scribe in margine, *Iterum loquitur parum Theologicè*. — Pag. 553. §. *Solutio*, & deinceps, scribe in margine, *Auguste loquitur de Christi redemptione, quod Bernardus iuste reprehendit Epistola 190.* Proptereaue Abailardus plenè, & Catholicè se explicat in Apologia. — Inferius pag. 555. ad medium, post illa verba, *Est baptizatus, & sic salvari*, dele 28. lin. usque ad finem §. & §. sequentem in pagina 556. *Arbitramur enim*, excl. — Pag. 582. in fine, post illa verba, *Peccata nostra moriendo tolleret*, dele duas lineas, usque ad, *Quia ut ipse ait*, initio, pag. 587. exclus. — Pag. 586. parum ab initio, post illa verba, *In quo omnes reliqui peccaverunt*, dele, *id est penam peccati incurrerunt*. — Pag. 588. §. *Nam iudicium*, post sex lineas, & post illa verba, *Nobis in iustificationem*, dele, *id est, ad penarum absolutionem*. — Et statim post duas lin. dele, *id est unius peccati, scilicet originalis, penam*. — Et pag. 590. initio, post illa verba, *In Christo constituentur*, dele duas lineas, usque ad, *Iustificatio autem illa*, exclus. — Eadem pag. paulò ante finem, post illa verba, *Pro dilectione ei adhaerentibus orare cogebatur*, scribe, & lege, *Orare forsan tenebatur*. — Et pag. 592. parum ab initio, post illa verba, *Hosia pro peccato*, dele 11. lineas, usque ad, *Vnde Augustinus*, exclus. — Pag. 596. ad medium, ubi legitur, *Huic miuissima pena neminem deputari*, adde, & lege, *Neminem forte deputari*. Et paulò inferius, dele, *Quotidie credamus propter aliena*. — Pag. 597. §. qui incipit, *Est ergo originale peccatum*, dele 7. lineas ab initio §. usque ad, *Est notandum*. — Pag. 800. ad finem, post illa verba, *Incurrimus utramque*, dele duas lineas, usque ad, *Ad hoc enim ut arbitror*, exclusivè. — Pag. 630. parum ab initio, §. *Nam quod*, dele ab initio §. 14. lineas, usque ad, & hoc est, quod ait, exclus. — Pag. 636. in fine, post illa verba, *Ex nostris sufficiebamus*, dele duas lineas usque ad, *Sola quippe charitas*, exclus. — Et è regione horum verborum, *Sola charitas*, &c. scribe, *Intellige etiam alias virtutes vitam promereri aternam, si adsit charitas*. — Et lib. 5. in Epist. ad Rom. pag. 697. ad mediū, ubi agit de Institutione Quadragesimæ tempore Apostolorum, scribe in margine, *Cautè lege, & vide Censuram Parisensem*.

In Concionibus, Serm. 5. qui est, de Purificatione, pag. 782. parum ab initio, post

illa verba, *Si filius, inquit, & heres*, dele 6. lineas, usque ad, *Et autem nos homines*, exclus. — Et Serm. 26. qui est de S. Marcellino, pag. 918. ad med. post illa verba, *Sententiam dispositionis dedisse*, dele tres lineas, usque ad fin. §. — Et statim, §. *Quod si post Petrum*, scribe in margine, *Videatur, Paulo, vitio, & peccato tribuere, quod mores Nazareorum servavit, & Timotheum circumcidere, quod tamen nullum fuit*. — Serm. de S. Ioanne Baptista, qui est 31. pag. 963. post medium, post illa verba, *Episcopale consendant altitudinem*, dele 6. lineas, usque ad finem §. — §. seq. qui incipit, *Si igitur sic est*, scribe in margine, *Cave, nequid detrahatur perfectioni status Episcopalis*. — Et inferius, in eodem sermone, pag. 967. ante medium, post illa verba, *Quod quidem nuper presumpsisse*, dele, *Nobertum* (virum videlicet sanctitate insignem) & *Co-Apostolum eius Farfitum*.

In Introductione ad Theologiam lib. I. cap. 2. initio, lin. 5. è regione illorum verborum, *Ipsa videlicet sola*, ut arbitror remuneratione sit digna, scribe in margine, *Etiam alie virtutes aeternum premium merentur, si tamen non desit illis charitas*.

In Notis autem Andreae Quercetani, ad Historiam calamitatum Abaelardi, pag. 1160. ubi legitur, *Vbi & S. Bernardus ignoranter*, dele, *ignoranter*. — Et pag. 1178. linea nona ante finem, post illa verba, *eiusmodi ordinum propagatores*, dele, *fellis, & acrimonia pleni*.

#### PETRVS de Abano.

Seu, de Albano, *Eius Elementa Magica*, opera Geomantia. — Et eiusdem, *De omni genere divinationis opera*. Venetijs, 1550. tam Latinè, quam Italicè, prohib.

#### PETRVS Aerodius, seu, Aerotius.

**E**IVS Rerum ab omni antiquitate iudicatarum Pandectæ. Parisijs, apud Michaëlem Somnium, 1588. 1586. 1615. Francof. 1580.

Lib. I. tit. 4. *De Episcopis, & Clericis*, cap. 5. fol. 20. pag. 2. dele totum cap. quod incipit, *Gellius lib. 1.* — Cap. 6. fol. 21. pagin. 1. in tit. capitis, post illud, *Impedire, aut dissolvere*, dele usque in finem ipsius tituli. — Capit. 10. fol. 24. pag. 2. in titulo capitis, post verba illa, *Atque concordia causa*, dele usque ad finem tituli. — Et in textu, pagina 25. ad medium, post illud,

B b b b

à duo-



à duobus simul haberetur, dele usque in finem cap. — Tit. 5. De Episcopali Audientia, cap. 3. fol. 30. pag. 2. in tit. capitis, post verba illa, Pontificum pertinere, dele usque in finem tituli. — Et in textu, post illud, Episcopis subiecta sunt, dele usque ad, porro ante Tarquinum, exclus. — Cap. 9. fol. 31. pag. 2. deleatur totum caput quod incipit, Belli Iugurthinum, &c. cum suo titulo. — Cap. 11. eodem fol. 31. pag. 2. in titulo capitis, dele ab initio tituli, usque ad verba illa, Denique in sacris, exclus. — Cap. 12. fol. 32. pag. 2. ante medium, post illud, Lapsisque manus imposuisset, dele usque ad finem capitis. — Cap. 13. fol. 33. pag. 1. sub initium, post verba, Proximo tuo necessaria, dele usque ad finem capitis. — Cap. 16. folio 34. pag. 1. dele totum caput, cuius initium est, Cur Penitentiarii Sacerdotes. — Cap. 19. fol. 35. pag. 2. dele totum cap. quod incipit, Sinade, que civitas, eum suo titulo. — Tit. 6. De Hereticis, cap. 13. fol. 42. pag. 2. dele totum cap. cui initium, Photinus Sirmensis, cum suo titulo. — Cap. 14. fol. 43. pag. 2. initio, post illud, Idatus, & Ithatus, Episcopi, dele usque ad, Novum vero esse, & inauditum, exclus. — Cap. 17. fol. 45. p. 1. in titulo cap. post illud, Punis Magistratus, dele usque ad, Orientalem Ecclesiam, exclus. — Et in textu ultra medium, eiusdem pag. post verba illa, Synodum convocari, itaque, dele usque ad, Basso, & Antiocho, exclus. — Cap. 18. dicto fol. 45. pag. 2. in tit. cap. ibi, Papam, & Imperatorem posse aliquid, dele verba illa, Et Imperatorem, & dele vocem, Aliquid. — Cap. 19. fol. 46. pag. 2. dele totum titulum cap. qui incipit, Non satis. — Et in textu fol. 47. pag. 1. ante medium, post illud, Episcopatum advocasset, dele usque ad finem capitis. — Cap. 21. fol. 47. pag. 2. deleatur totum cap. quod incipit, Severo Episcopo, &c. cum suo titulo. — Titul. 7. De Iudeis, cap. 2. in fine, fol. 49. pag. 2. post verba illa, Adicere non liceret, dele usque ad finem cap. — Tit. 8. De Sacrificijs Paganorum, &c. cap. 5. fol. 50. pag. 2. in tit. cap. post illud, In memoriam valere, dele usque ad finem tituli. — Et in textu fol. 50. pag. 1. in fin. post verba illa, Martyris appellationem reportasset, dele usque ad fin. cap. — Cap. 6. fol. 51. p. 2. deleatur totum cap. quod incipit, Anatholius quidam, cum suo titulo. — Lib. 2. tit. 7. De divisione rerum, &c. cap. 6. fol. 65. p. 1. in tit. post verba illa, De religione responsum est, dele usque ad finem tit. — Lib. 3. tit. 3. Si quis in ius vocatus non ierit, c. 4. fol. 113.

pag. 2. in tit. cap. post illa verba, Resistenti suspensio statu, dele usque ad, Quis autem iudicem, exclus. — Et in text. fol. 114. initio, post verba illa, Alio tractatu, dele usque ad, Inter Athanasium, & Serenium, exclus. — Et inferius, post illud, Serenianus accidisset, dele usque ad, Quod obfuit, exclus. — Tit. 14. De inofficijs, cap. 2. fol. 133. p. 2. ad finem, post illud, Non ut hoc amplius, dele usque ad, ijs lucrum expectetur, exclus. — Et post, fol. 134. pag. 1. initio, post verba, De secundis nuptijs cognasset, dele usque ad, Quod testamenti ordinem, exclus. — Tit. 14. De Sponsalibus, cap. 1. fol. 134. p. 1. in tit. cap. post verba illa, Pertinere ad rem, dele usque in finem tituli. — Et in textu, ad finem pag. post illud, Quodam spem durent, dele usque ad, Denique nullum, exclus. — Tit. 16. De secundis nuptijs, cap. 1. fol. 160. pag. 2. à medio, post illa verba, Felix & pudica iterum non nupti, dele usque ad finem cap. — Lib. 6. tit. 5. De Iniurijs, cap. 10. fol. 222. pag. 1. in tit. post illud, Iure publico potentius est, dele usque ad finem tituli. — Et in textu medio, eodem p. post illud, Via decedere, dele usque ad, Denique ut maior, excl. — Lib. 7. tit. 3. Affectata Tyrannidis, cap. 11. fol. 266. pag. 2. dele titulum cap. — Lib. 8. tit. 4. De Sicarijs, cap. 29. fol. 323. pag. 1. deleatur totum caput, quod incipit, Immediatorij, &c. cum suo titulo.

EX INDICE DELEANTUR SE QUENTIA  
Ecclesiam nullum ius habere, &c. — Ecclesiasticam disciplinam pertinere ad Magistratum. — Episcopum satis esse errare in religione, quam in Moribus. — Idolatriam crimen pertinere ad Magistratum, non ad Episcopum. — Imperatorem posse aliquid super Concilium. — Magistratum posse etiam accusare, vertere in Vestalem. — Magistratum posse de heresi cognoscere. — Magistratum Sacramenti, &c. — Magistratum potentia, & auctoritate, &c. — Martyrem non esse, cuius morte vindicatur legibus. — Martyrem non esse, cuius mors in iudicium venit. — Nuptias secundas vix pro legitimis haberi. — Pontificum honore magistratum, &c. — Pontificum esse monstra. — Religionis notationem ad Sacramentum quoque pertinere. — Religionem crimen ad Magistratum pertinere. — Religionem non posse imperari. — Religionem in crimine possessiones, &c. — Sacerdotem in crimine vili conveniri coram Magistratu. — Sacerdotem damnatum ab Ecclesia posse eo amplius

INDIC  
Librorum  
PROHIBIT  
E. V.  
= 4.



— *Sacerdotem à Magistratu cogi posse.* — *Sacerdoti magistratum, &c.* — *Seditionis vitandae causa damnari interdum innocentem.*

EIVSDEM lib. de Patrioture, prohibetur, donec prodeat expurgatio.

PETRI Aretini.

Opera omnia, prohib.

PETRVS Bertius.

Seu, *Bertius*, Batavus, Ludi-Magister Argentoratensis, & Leidenfis, Philologus, Cosmograph. Poëta Theol. Batavus, primum Calvinista, ex Remonstrantibus Arminianis, qui scripsit formosum librū inscriptum, *Hymeneus desertor, de Apostasia sanctorum*. Et alias præfationes præfixas opusculis Iacobi Arminij. Eius Theologica omnia, prorsus prohibita, sicut & *Oratio in obitum Iacobi Armenij*, Lugdun. Batavor. 1610. — Eius tamen *Oratio, De modestia in appetenda gloria*, Argentorati. — Et *Austriarum thesauri Numismatum Abrahami Gorlaei*. — Et *Logica Peripatetica*, libri 6. Lugduni Batavorum. — Item, *Ptolomei Geographia*, Græcè, ac Latine. — *Theses Philosophicæ*. — *Commentarij, Rerum Germanicarum*, Amsterodami, 1616. permittuntur. — *Tabula, vero Geographica*, contractæ, Amsterodami 1617. similiter permitt. sed Danieli Heinio, & Petro Scriverio, & alijs Epigrammarum Auctoribus, appone suam notam. Sicut etiam eiusdem, *Breviarium totius Orbis terrarum*, Francofurt. 1627.

Sed eum tamen in hanc secundā Classē addidimus ab hereticorum consortio, albo scriptorum Catholicorum adscriptimus, quod, post vitam in Hæresi diu peractam, in Ecclesiam Catholicam est receptus, admissusque. Atque ipse idē publicè testatus est, oratione publica, qua rationē reddidit, cur relicto Lugduno Batavorum, Parisios commigrarit, & hæresi repudiata, Romanorum Catholicam fidē sit amplexus, habita Parisijs, in Collegio Becodiano, sexto nonas Octobris 1620. prodijt Paris. & Antuerpiæ, typis Ioannis Cnobbart, Latine, Gallicè, & Belgicè. Eiusdem rei testis est, libellus ab homine iam Catholico editus, cui titulus, *Breviarium Orbis Terrarum*.

PETRI Bizari.

Perficarum rerum Historia.

Ex Petri Bizari Perficarum rerum Historia. Antuerpiæ, ex officina Christophori Plantini 1583.

Libro 5. paragrapho, *Sub hoc Theodofio*, pag. 172. post illud, *Usque ad Elizabetham*, dele usque ad, *Theodofio humanis*, exclus. — Lib. 10. §. *Baiazetes*, pagin. 330. post illud, *Diem clausit*, dele usque ad, *Ne quam Carolus*, exclus. Ibi, dele notam marginalem, *Gemes necatur*, &c. — Lib. 11. prope finem, pag. 397. post illud, *Missa Bizantio*, dele usque ad, *Davidem Chytraum*, exclus.

PETRVS de Bollo.

EIVS *Oeconomia Canonica*. Lugd. sumptibus Petri Landri, 1588.

Secunda Class. §. 7. pag. 267. non longè ab initio, post verba illa, *Arcentur à copulâ*, dele usque ad, *Nihil morabor*, exclus. — Et ibidem dele marginalem notam, quæ incipit, *Mutus, & surdus à natura*, &c. — Tertia Class. §. 6. pag. 519. post medium, post verba illa, *Plane stultum & ridiculum*, dele usque ad, *Quod si qui ad vitia*, exclus. — Et ibidem, dele, notam marginalem, cui initium est, *Indignum clamant*, &c.

F. PETRVS de Cabrera.

EX Fr. Petri de Cabrera *Commentarijs, & Disput. in tertiam Partem S. Thom.*, de Sacramentis in genere, *Auxilio previo*, &c. Madriti, apud Ludovicum Sanchez, 1611.

Præfatione ad Lectorem, pag. 3. §. *Veteribus autem Antithomis*, dele ab his verbis inclusive, usque ad finem Præfationis. — Quæst. 62. art. 1. disput. 11. §. 3. in fine, num. 42. pag. 317. post illud, *Veritas nostra conclusio*, dele usque ad finem paragraphi. — Eadem disp. §. 5. num. 90. pag. 326. post illud, *Vis ad illos efficiendos*, dele usque ad, *Sequella autem*, exclus. — Ibidem §. 9. num. 320. pag. 386. post illud, *& suavius fiat consensus*, dele usque ad, *Item Canone*, excl. — Ibid. §. 10. num. 344. pag. 391. vers. *Præterea*, post istud verbum, dele usque ad, *Testimonium D. Chrysost.* excl. — Et num. 347. pag. 392. post illud, *Esse non solum falsum*, dele, *Non solum*, & usque ad, *Ad Galatas 1.* exclus. — Disp. 12. §. 2. num. 28. pagin. 398. post illud, *Est adeo certa*, dele usque ad, *& aliquo modo colligitur*, exclus. — Et num. 31. pag. 399. post illud, *Non est ponenda in Deo*, dele usque ad, *Item probatur*, exclus. — Eadem disp. §. 3. num. 61. pag. 405.

Bbbb 2 post



post illud, *Aptissime sunt interpretati*, dele usque ad, *Fuisse in Ecclesia*, exclusivè. — Et num. 62. pag. 406. post illud, *Modo excogitarunt*, dele usque ad, *Et si talibus verbis*, exclus. — Ibidem §. 10. num. 244. pagina 458. post illud, *Parum refert*, dele usque ad, *Est enim sententia*, exclus. — Ibidem §. 12. num. 270. pag. 463. post illud, *Nititur fundamento*, dele usque ad, *Quare in voluntate*, exclus. — Ibidem §. 15. num. 324. pag. 475. post illud, *Scientia non deitur*, dele usque ad, *Insuper circa illam*, exclus. — Disputat. 17. §. 3. num. 51. pagina 592. post illud, *Virtus liberi arbitrij*, dele usque ad, *Molina questione*, exclus. — Et num. 52. post illud, *In presenti disputare*, dele usque ad, *Quod liberum arbitrium*, exclus. — Et infra, post illud, *Elevationi Dei*, dele usque ad, *Divum Paulum*, exclus. — Disputat. 19. §. 6. num. 92. pag. 639. post illud, *Bonitatem non decet*, dele usque ad, *Regum ultimo*, exclus. — Et numer. 99. pag. 460. post illud, *Absolute prolata*, dele usque ad, *Est vehemens*, exclus. — Disputat. 21. §. 1. num. 42. pag. 705. post illud, *Sententia non est vera*, dele usque ad, *Legatur D. Augustin.* exclus. — Quæstio. 64. artic. 1. disputat. 1. §. 6. ad initium, pagin. 857. post illud, *Nihil verum, nihil solidum*, dele usque ad, *Et primo quidem*, exclus. — Et infra, post illud, *Angelus, vel equinitas*, dele usque ad, *Vt ego questionis*, exclus. — Pagin. 588. col. 2. post illud, *Inconstanter dictum*, dele usque ad, *Et quidem quod*, exclus. Pag. 863. colum. 2. ad initium, post illud, *Videns Salas*, dele usque ad, *Dicit enim quod*, exclus. — Pag. 864. col. 1. ad finem, post illud, *Ceterum hac responsio*, dele usque ad, *Ex superius dictis*, exclus. — Pagin. 865. col. 1. ad medium, post illud, *Manifestam repugnantiam*, dele usque ad finem Disputationis.

PETRVS Charron.

EIVS liber, qui inscribitur, *De Sapientia*, & alia eius opera, donec expurgata prodent.

PETRVS Crinitus.

EIVS *De honesta Disciplina*, libri Lugdun. apud Sebastianum Griphium, 1543. sic corrigantur.

Lib. 7. cap. 13. cuius initium est, *Neque illud a nobis*, pagin. 128. dele totum caput cum titulo. — Lib. 9. cap. 9. pag. 153. an-

te medium, post illa verba, *Concreta sunt*, dele usque ad finem capit. — Ibidem lib. 9. cap. 10. pag. 154. ad medium, post illud, *Supremo supplicio sancuntur*, dele usque ad finem capit. — Lib. 14. cap. 1. pagin. 218. versus finem, post verba, *Et pro mulctetur*, dele usque ad, *Hinc facillime stimo*, exclus.

PETRI Fernandez de Villegas.

Archi-diaconi Burgenfis, *Eloquiorum*, prohib.

PETRVS Forestus, Alernanus.

Baravus, Delphenfis Medicus.

EIVS *Curatorum Medicinalium*, 2. duo. Francofurt. ex officina Paulina, 1614.

Tomo 1. in Epigrammatis laudatorij, appone suam notam Autodidactarum, Adriano Iunio, in Epigrammatis quod incipit, *Aureus ut perhibent*, &c. §. 1. item Divese filio, in Epigram. Post parte ex omni, &c. — Lib. 9. qui est, *De varijs capis doctoribus*. Observat. 29. in Scholijs, pag. 260. colum. 1. post illa verba, *Nubere quam ut*, dele duas lineas, usque ad, *Multa enim pro ma*, exclus.

PETRI Guntheri.

*Rhetorica*, donec prodeat expurgatio.

PETRI Ioannis Nunneij.

*Institutiones Rhetoricae*, Barcinone, typographia Sebastiani à Cornellijs, 1595. ita corrigantur.

Lib. 5. num. 16. post illa verba, *Alterius liceat*, dele totum numerum, usque ad illa verba, *Oratori licet curare*.

PETRVS Lenuanderus.

EIVS *Tractatus De privilegijs Doctorum*, qui inter Iuris-Consultorum tractatus circumfertur, tom. 18. Venetijs, 1584.

Part. 4. quæst. 86. num. 171. fol. 13. col. 2. post illud, *Quod pecunia minime debet vendi*, dele usque ad finem quæst.

PETRVS Lefuandert.

EIVS *Laus Matrimonij*, & *Constitutio bonorum Mulierum*, ex diversis historiarum prodent, donec expurgatio prodent.

INDIC  
Librorum  
PROHIBIT  
E. V.  
= 4.



PETRI Lignæi.

Parabolæ, prohib.

PETRVS Matthæus.

Eius Summa Constitutionum Summorum Pontificum. Lugduni, sumptibus Petri Landri, 1588. ita corrigenda.

In Elencho, qui habetur ante operis initium, in scripto, *Elenchus variarum exercitationum, quæ in Scholis tractantur*, &c. Titulo, *Ecclesiastici*, & ad disciplinam Ecclesiæ pertinentes, deleantur illa verba, *Maria Ordinis Dini Dominici Lisbonica Miraculis cornuscat*. — Et in Annotat. ad Constitutionem 15. Sixti V. quæ incipit, *Cum charissimus in Christo Filius noster*, initium vero Annotationis est, *Nec prece, nec prelio*, pag. 907. ad principium fere Annotat. post verba illa, *Referre non gravabor*, dele usque ad finem Annotat.

ELVDEM Petri Matthæi, *Historio-politographia*, sive opus, *Historico-Politicum*, &c. Rodolphi Botorei, & Petri Matthæi, &c. Francof. typis Matthæi Beckeri, &c. 1610.

Ex Admonitione ad Lectorem, pag. 4. §. *Predicanda mihi*, linea extrema, dele, *Laedo nihilominus libertatem conscientiarum*. — Ex lib. 1. Narratione 1. num. 11. pag. 13. linea antepenultima, dele, *Quibus omnia divina, & humana iura violaverat*. — Et pagina 14. linea nona, à principio, post illa verba, *Vlcera sunt*, dele tres lineas, usque ad, *Quoad scrupulum*, exclusivè. — Et pagina 15. linea 3. ab initio, post ea verba, *Franconum dormire*, dele quinque lineas, usque ad, *Magna quidam*. — Et post alias quatuor lineas, & ea verba, *Orbem invaserit*, dele usque ad, *Qui ab annis centum*, excl. — Et in margine, dele notatiunculam, *Hispani bellum*, &c. — Narratione quarta, pagina 58. linea 9. ab initio, dele, *Aggredi ausus est Papam*. — Et extrema linea eiusdem paginæ, dele, *Tyrannidis Hispanica*. — Et pagina 64. linea ab initio septima, dele, *Nisi avaritia, aut ambitionis gratia*. — Et pagina 67. linea undecima, ab initio, post ea verba, *Conspirationem consensisse*, dele usque ad, *Ubique Hispani*, exclusivè. — Et post alias undecim lineas, & ea verba, *Indiarum reddens*, dele duas lineas, usque ad, *Inclusit se*, exclusivè. — Pagina 69. lin. quarta, ante finem, post illa verba, *Custodia artissima*, dele septem lineas, usque ad initium paginæ 70. &

ea verba, *Veritas uno tantum*, exclusivè. — Pagina 71. post medium, & ea verba, *Salute filij*, dele tres lineas, usque ad, *Vetans eos*, exclusivè. — Et eadem pagina, linea quarta, ante finem, §. *Inquisitores*, dele totum §. & sequentem, usque ad paginam 72. & initium §. *Mors Regina*, exclusivè. — Et præterea dele notatiunculas marginales, *Princeps Aurasensis*, &c. & *sententia Inquisitorum*, &c. — Narratione quinta, pagina 94. post medium, & post ea verba, *In Curia Papæ*, dele usque ad finem §. & ea verba, *Hæc digressio*, exclusivè. Et præterea dele notatiunculam marginalem, *Abusus*, &c. — Et pag. 95. ad medium, dele notam totam marginalem, *Simon Marion*, &c. — Et pag. 96. ad finem, dele notam marginalem, *Scripta Iesuitarum*, &c.

Ex libro 2. Narratione 1. pagina 115 ad finem, dele notatiunculam marginalem, *Nihil iniustum*, &c. — Et pagina 116. linea tertia ab initio, post illa verba, *Quod fieri potest*, dele integram paginam 116. & sequentem 117. usque ad numer. 6. & §. *Quibus rationibus*, exclusivè, paulò ante finem. — Et pagina 157. post medium, sub §. *Quemadmodum*, post ea verba, & *austerissimis*, dele septem lineas, usque ad, *Vi duo sunt*, exclusivè. — Ex Narratione 2. pagina 171. §. *Tempus arbitrationi*, linea tertia ante finem, post ea verba, *Olim evenerunt*, dele reliquum §. usque ad paginam 172. & §. *Papa igitur*, exclusivè. — Et pag. 173. ante medium, linea undecima, ab initio, post ea verba, *Christianorum regnum*, dele parenthesis constātem quatuor lineis, usque ad, *Gallia non minus*. — Et pag. 182. ad medium, sub §. *Sed nec*, post ea verba, *inhiberi duella*, dele duas lineas, usque ad, *Permissio hebetat*, exclus. — Ex Narratione 3. pag. 193. sub §. *Qua fraude*, post medium, post ea verba, *Nidore dicuntur*, dele, *Quibus eorum corpusculum pinguescat*. Et dele notatiunculam, *Vivitenim*, &c. — Et pagina 197. linea penultima, dele, *Venderunt galeros Cardinalitios*. — Et dele notationem marginalem, *Papa Clemens*, &c. — Et pagina 210. linea 4. ante finem, post ea verba, *Suis retinere*, dele, *Nec credidis malum esse mendacium*. Et etiam notationem marginalem, tam Græcam, quam Latinam, designatam littera A. — Ex Narrat. 4. pagina 233. post medium, post ea verba, *Pendere ab eius salute*, dele novem lineas usque ad finem paragraphi, & ad illa verba, *Laurentius tam molestos*. — Et præ-

Bbbb 3 terea

ES  
m  
ORU



terea dele notam marginalem, *Hinc illud*, usque ad finem. — Et pag. 231. linea 2. ab initio, post ea verba, *Alexandri Sexti*, dele duas lineas, usque ad, *Nunc Imperatores*. — Et post alias novem lineas, & ea verba, *Paulus Iovius*, dele quatuor lineas, usque ad, *Honestavit Ioannem*. Dele item notam marginalem, signatam litter. A. usque ad finem. — Ex Narrat. 5. pag. 255. 1. linea, post ea verba, *Eius vitia*, dele duas lineas, usque ad illud, *Et Imperator*, exclus. — Libro 3. Narratio. 2. pag. 282. sub §. *Rex concessit*, post medium, pag. ad ea verba, *Quare nulli Theologi*, dele, *Quare*. — Et pag. 286. post 6. lin. ab initio, & ea verba, *Intolerabilis impostura*, dele 4. lin. usque ad finem §. & ea verba, *Plessaus visus*, exclus. — Ex Narrat. 4. pag. 337. ante medium, post ea verba, *Vr-bibus solet*, dele quinque lineas, usque ad finem §. — Ex Narrat. pag. 346. 8. lineis ante finem, ubi legitur, *Pompam atque magnitudinem, quibus hodie inflata est*, dele, quibus hodie inflata est.

Ex Indice huius Tomi, littera A. dele, *Abusum Romana curie*. — Et littera C. *Concionatores seditiosi*, & *Conscientia non possunt cogi*, & *Consilium Reipub. dissentit à consilio conscientie*. — Et littera D. *Defectus & vitia Regis Hispanie*. — Et littera M. *Mendacium quando bonum*. — Et littera R. *Religio non potest cogi*, & *Rex Hispania amulus diffidens*, & *suspiciosus*. — Et littera S. *Scripta resutarum execrabilia*.

## EX EIVSDEM PETRI MATTHÆI.

Tomo 2.

Lib. 4. Narrat. 1. pag. 34. 7. lin. ante fin. post ea verba, *Comite Fuenti*, dele lineam, usque, *Contente & pacate*, exclusivè. — Ex Narratio. 2. pagin. 48. post medium, sub §. *Pertinaciter*, lin. 5. ubi legitur, *Tribus sacris ministris*, dele, *Sacris*. — Et post alias 8. lineas, dele iterum, *Sacris*. — Præterea dele in margin. rotam notationem, *Testato edicebat*, usque ad *Executio comitis*, in pag. 49. — Pag. 61. lin. 5. à principio, post illa verba, *Primas damus*, dele, *Cum in hypocriseos vitium non incurrant*. — Ex Narratio. 3. pag. 63. post medium, sub §. *Regina Anglia*, lin. 6. ante finem §. ubi legitur, *Regina Anglia*, dele 2. lin. sequentes, usque ad, *Commodius illud*, exclus. — Et in margin. dele notationem, *Regina Anglia regia*, &c. usque ad finem, — pag. 83. paulò ante finem, dele notationem, *Sacra Scriptura loca*, &c. usque ad finem. — Et pag. 85. ad finem, lin.

5. à fine, dele, *Propter constantiam in regione*.

## TOMI 2. PARS ALTERA.

Lib. 6. Narrat. 2. pag. 144. post medium sub §. *In ipso edis*, lin. 5. post illa verba, *Sermo de vita*, dele sequentem lineam, usque ad, *In hac meta vita*, exclus. — Et in eiusdem pag. dele integrum §. qui incipit, *Minister à sacris*. — Et pag. 152. ad medium in §. *Eapropter Rex*, post illa verba, *vacaret*, dele 3. extremas lin. eius §. — Et in §. sequenti, qui incipit, *At hunc*, post illa verba, *Ipse distribuit*, dele 6. extremas lin. — Narrat. 3. pag. 166. ad medium dele integrum §. constantem lineis decem, qui incipit *Qui autem contrarij*. — Et pag. 167. post 5. lineas ab initio, dele sequentem §. constantem 8. lineis, qui incipit, *certe res ipsa*. — Ex Narrat. 5. pag. 172. linea 2. post illa verba, *Tentandum*, dele duas lin. sequentes, usque ad sequentem §. qui incipit, *Animi quoniam*.

